1532 Cr. 10 Mar.

# Sigismundus Rex Poloniae Consiliariis Regis Ferdinandi Epis. Agriae, Turzoni & Eccl. Albae, Stepano Keplingero et Ceteris

53

Rde in Christo Pater et Mci sincere Nobis dilecti Accepimus literas Vestras Strum, quibus a Nobis iuvari et effici gratia vel authoritate petunt, ut Petrus Kostka Nuncios Civitatum Regni Ungariae Ditionis Sui Domini Regis Ferdinandi nuper in publico itinere captos, liberos dimittat. Quam petitionem Strum Vr. et sinos honestam et officiosam esse advertamus, commodare tamen magis ipsis in Mam quam hac tenus fecimus nequaquam possumus. Ab initio enim facti ejus audacis quod Nobis multum displicuit, ac etiamnum displicet, et qd non in Regno Nostro sed in Ducatu Pleczinens. est commissum, cum Nos sponte Nostra, semel et deinde rogati, bis ipsum Kostka, per literas et Nuncios diligenter de hac libertatione captivor. solicitassemus, nihil quidquam magis efficere potuimus, quam quod literis Nobis suis, quar. exemplaria vestris Stibus mittimus perscripsit, ex quibus Stes Vestrae perspicient id idem illum de subditis Regis Ferdinandi quae

vi—

Queri, quod illi et Status Vrae de se ob violatas inducias querantur. Quae accusationum relatio nes et mutuae utrinq offensae cum bono publico et commodis afflicti Regni Ungariae minus obbor reant, utrinq Nobis non mediocriter displicent, quia tamen illas avertere Consilio, vel authori tate Nostra non datur facultas, id quod possu mus praestamus hortamur, quosq ad Pacem et et observandas inducias, hortamur quosq ad pa cem et observandas inducias, dehortamur a bello et cum persuadere non possumus aliquid tamen suadere; pro bono Publico, non erubescimus.

Ita nunc et Sinceritates Vestras hortamur et monemus velint, id curare et agere quod et induciarum Conditiones et Publicae quietis rationes postulare videntur.

Quod enim ad nos attinet, nihil unquam prae termittemus quae ad bonum Publicum et tran- quillitatem istius Regni Ungariae facere ad- vertemus quin illud omni studio industria et facultate Nostra adjuvemus. Bene valeant Sinceritates Vestrae.

Datum Cracoviae Decima Martii Anno Domini 1532. Regni vero Nostri 26.